DISSERTATIO JURIS FEUDALIS DE FILIO VASALLI SUCCESSORE IN FEUDUM A REVOCATIONE FEUDI AB HOC ALIENATI PER JUS FEUDALE LONGOBARDICUM ÆQUE AC GERMANICUM EXCLUSO

QUAM
UNA CUM THESIBUS
EX
JURE FEUDALI
PRÆSIDE
ADAMO MARTIN
ACADEMIÆ HUJATIS DUSSELLANÆ PROFESS. PUBL. ET ORDIN. NEC NON ADVOCATO CANCELLARIÆ JULIAC. ET MONTENS.
ERUDITORUM DISQUISITIONI SUBJICIT
PETRUS FREY *DUSSELDORPIENSIS*
JURIUM AUDITOR
IN AULA PUBLICA ELECTORALIS GYMNASII
AD DIEM XVII. MARTII MDCCLXXXVIII.
AB HORA X. AD XII.

DUSSELDORPII,
TYPIS FRANCISCI FRIDERICI STAHL, AULÆ ET CANCELLARIÆ TYPOGRAPHI.

Diss Jur. 119
ZZ 7

" Quemadmodum vero nihil ſcripturi ſumus, niſi quod *juri & legibus concin-*
" *num*: ita tamen noſtra hic judicia privata ſunt, neque attendenda niſi illi, qui
" noſtris argutiis fecit locum ultro. Uti enim reſpublica ingeniorum libera eſt:
" ſic academica ejus generis problemata, verbis & rationibus in ſcholis natis
" concepta, ultra hanc limites ſuos non debent proferre. Quo ipſo hoc volumus,
" non præjudicia hic à nobis exſpectanda, quæ exemplum dent judicaturis, cum
" alia momenta ſcholæ, alia curiæ, primaque in rationibus verſetur tum inda-
" gandis, tum expendendis: ultima autem id ſibi proponat, quod ex uſu eſſe ſo-
" let, & expedit cuique reipublicæ ſingulari ". Ita *Joan. Petrus* LUDEWIG *in Diſſert. inaugur. de obligatione ſucceſſoris in principatus & clientelas. procem.* §. 2. Aſt aliter ſe exprimit JUSTINIANUS in *l.* 13 *c. de ſentent. & interlocut.* hiſce definiens: " Nemo judex aut Arbiter neque conſultationes, quas non rite judicatas
" eſſe putaverit, ſequendum, & multo magis ſententias eminentiſſimorum præ-
" fectorum, vel aliorum procerum (*non enim ſiquid non bene dirimatur, hoc & in*
" *aliorum judicum vitium extendi oportet, cum non exemplis ſed legibus judicandum*
" *ſit*) neque ſi cognitionales ſint ampliſſimæ præfecturæ, vel alicujus maximi ma-
" giſtratûs prolatæ ſententiæ: ſed omnes judices noſtros veritatem & legum &
" juſtitiæ ſequi veſtigia ſancimus ".

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

13. 661.